

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1266

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

non recepti, in nostram utilitatem non conversi et litteris a sede apostolica vel aliunde inpetratis aut eciam inpetrandis. promittimus eciam per stipulationem sollempnem, nec per nos nec nostros successores litem vel controversiam ipsis fratribus vel eis, in quos predictam curiam transtulerint, nos moturos nec racione minoris precii vel qualibet alia cerciorati, predictam curiam majoris precii esse, contra predictam venditionem per nos vel nostros successores aliqua facere vel venire in iudicio vel extra. igitur ut pretacte venditionis contractus robur perpetue firmitatis obtineat, presentem litteram sigillis venerabilis patris et domini nostri . . . episcopi Argentinensis, mei etiam abbatis et conventus predicti in Svarzahe procuravimus communiri. nos *Heinricus* dei gracia episcopus Argentinensis confitemur, predicte curie venditionem de nostra processisse voluntate, eidemque nostram auctoritatem inpertimur, in evidentiam premissorum sigillum nostrum appendi presentibus facientes. actum et datum anno domini 1266, feria 6 proxima post festum purificationis beate virginis.

*B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 1514 or. mb. c. 2 sig. pend. Abgefallen ist das Siegel des Schwarzacher Convents.*

607. *Die Stadt Löwen bezeugt, daß ihre Bürgerin Juta die bewegliche Habe ihres zu Straßburg verstorbenen Gatten Gottfrid Mönch nach Löwener Stadtrecht von den Bürgern Straßburgs in Anspruch zu nehmen befugt sei. 1266 Februar 23.*

Nos . . . iudex, scabini jurati et communitas opidi Lovaniensis tenore presentium publice protestamur, in nostro opido jus esse, quod inter duos conjugatos legitimos, altero decedente, reliquus succedit defuncto in omnibus bonis mobilibus nullaque fit devolutio hujusmodi bonorum mobilium ad heredes et proximos defuncti. cum igitur Godefridus dictus Monachus quondam opidanus noster maritus Jute nostre concivis in civitate Argentinensi sit defunctus, eadem Jute Johannem dictum de Hagartsrode opidanum nostrum latorem presentium ad predictae civitatis Argentinensis communitatem destinandum duxit quitans et absolutos reddens eosdem cives Argentinenses de omnibus bonis mobilibus in morte predicti mariti sui relictis, que predicto Johanni latori presentium ipsius Jute nomine fuerint presentata. et quicquid ex parte ejusdem Jute eidem nuntio per cives suprascriptos fuerit assignatum, in perfecta habetur warandia. in cujus rei testimonium sigillum communitatis nostre ad preces predictae Jute presentibus est appensum. actum et datum anno 1266, in vigilia beati Mathie apostoli.

*H aus Heidelberg. Univ. Bibl. I nr. 252 or. mb. c. sig. pend. delapso.  
Gedruckt darnach i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXIV, 191.*

608. *Friedrich und Eberhard von Ettendorf bewilligen Dietrich ihrem Wirth zu Straßburg für seine Lampertheimer Güter gewisse Vorrechte. 1266 März 20.*

Wir Friderich und Eberhart die herren von Etendorf tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz wir hern Dietriche<sup>1</sup> unsern wurte von  
 5 Strazburg dur lieb unde dur gût ime unde sinen erben vur uns und alle unsere  
 erben soliche gnade tûnt, daz wir von vier unde viercig ackern, die er iezunt het  
 in den banne zû Lampertheim, niemer duheinre hande dienst oder bette genemen  
 sulnt noch enwellent, wen als ez von alther her gewônlich ist zu nemenne und als  
 ez unsere vorderen hant genummen, und ensulnt in noch sine erben duheinewiz  
 10 vurbas drengen an deme vorgeantent gûte zû Lampertheim. wir vurchen uns ðch  
 gegen ime unde wellent, daz ez ime noch sinen erben kein schade si, daz wir einen  
 brief hant von den burgeren von Strazburg, da ane stat, swas gûtes die burgere  
 von Strazburg iemer geöfent zû Lampertheim, daz das unser eigin sollte sin. daz  
 aber dis stete blibe, derumbe geben wir ime unde sinen erben disen brief versigelt  
 15 mit unsern ingesigeln zeime urkunde. dis bischach, do sit unsers herren geburte  
 warent zwelfhundert unde schz unde sehcig jar, an den balmabende.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 3593 or. mb. c. sig. pend. laeso.  
 Gedruckt darnach in der Alsatia 1876 S. 253.*

609. *Der Straßburger Scholasticus Markwart beurkundet, daß der Schreiner Heinrich und seine Frau Ida ihr in der Korduungasse gelegenes Haus dem Straßburger Frauenwerk unter Vorbehalt der lebenslänglichen Nutznießung gegen einen jährlichen Zins geschenkt haben. 1266 April 1.*

M[arquardus] scolasticus Argentinensis iudex fabrice ejusdem a reverendo domino nostro Argentinensi episcopo deputatus universis et singulis presentium inspectoribus  
 25 rei geste noticiam cum sincera in domino caritate. scire cupimus universos, quod  
 Henricus cistarius et Ita uxor ejusdem domum ipsorum sitam in Kurdewenregasse<sup>2</sup>  
 prope fontem in remedium animarum suarum nostre fabrice contulerunt in hunc  
 modum, quod, quam diu ambo vixerint, eandem domum ad usus suos retinebunt,  
 altero autem ipsorum defuncto, reliquus superstes eandem domum quoad vitam suam  
 30 obtinebit et singulis annis in testimonium predictae donationis ad eandem fabricam  
 in festo beati Martini duo denarii presentantur nec eandem domum alicui licebit  
 vendere vel obligare vel etiam quoquam modo exinde mutare. post obitum vero  
 amborum dicta domus ad pretactam fabricam libere revertitur proprietatis tytulo

Nov. 11

<sup>1</sup> *Es ist Dietricus ante monasterium, wie er in einer Urkunde von 1275 Februar 27 (feria 4 post  
 35 Mathie) genannt wird, in der ihm Eberhard von Ettendorf jede Steuer von seinen bei Lampertheim  
 gelegenen Gütern gegen eine Zahlung von 5 Mark Silber erläßt. Straßb. Bez.-A. G fasc. 3593 or. mb.  
 c. 2 sig. pend. laesis.*

<sup>2</sup> *Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 103.*

possidenda<sup>a</sup>. si vero ambe persone vel una ipsarum<sup>b</sup> paupertatis erumpna fuerit<sup>c</sup> oppressa, sepe dictam domum vendere potest de licentia tamen et voluntate eorum, qui tunc pro tempore fuerint rectores fabrice memorate; dicta tamen domus debet exhiberi dictis rectoribus et, si emere<sup>d</sup> noluerint, ipsi *Henricus* et *Ita* pro sue voluntatis arbitrio vendunt domum memoratam cuicumque voluerint. in cuius rei testi-  
monium et evidentiam ipsis *Henrico* et *Ite* prefatam cedula[m] nostri sigilli munimine<sup>e</sup> tradidimus roboratam anno domini 1266, feria 5 in pascis, presentibus domino E[berhardo] de Entringin rectore ejusdem fabrice, domino Ottone fratre suo canonico ecclesie Argentinensis, domino Johanne vicario sancti Laurentii, Bertoldo dicto de Inferno ministeriali nostro, Cûnrado dicto Oleiman procuratore fabrice predictae et aliis quam pluribus.

*F aus Straßb. Frauenh. A. lad. 49 nr. 2 or. mb. c. sig. pend. laeso.*

610. *Eberhard von Sultz, der Scholasticus Markwart und der Archidiacon Eberhard von Entringen die Leiter des Straßburger Frauenwerks beurkunden, daß der Schaffner desselben Konrad Oleyman seiner Tochter Anna Güter in Königshofen geschenkt habe, die nach ihrem oder ihrer Kinder Tode an das Frauenwerk fallen sollen. 1266 April 6.*

Nos E[berhardus] de Sultze, Marquardus scolasticus et E[berhardus] de Entringen archidiaconus rectores fabrice Argentinensis universis et singulis presencium inspectoribus volumus esse notum, quod magister Conradus Oleyman appreciator fabrice bona sua infrascripta filie sue Anne de voluntate et consensu nostro contulit possidenda ita videlicet, quod post obitum ejusdem Anne pretacta bona ad fabricam libere revertantur. que si pueros progenuerit, ad illos eadem bona pro medietate et pro tempore vite eorum pertinebunt et altera medietas spectabit ad fabricam supradictam, nulla ulterius ad liberos talium puerorum progressionem in prefatis bonis jure hereditario faciendâ; immo post obitum liberorum ipsius Anne hujusmodi bona ad sepe dictam fabricam integraliter revolvuntur. in cuius rei testimonium sigillis nostris presentem cedula[m] roboramus anno domini 1266, feria 3 post octavam pasce. [folgt die Specification der in Königshofen gelegenen Güter].

*F aus Straßb. Frauenh. A. Papier-Copialbuch nr. 3 fol. 84<sup>b</sup> von einer Hand des ausgehenden 14ten Jahrh. eingetragen.*

611. *Der Straßburger Hofrichter Billung beurkundet, daß Hedwig von Hochfelden die Wittwe Hugo Schnabel's alle ihre Güter im Bann und Dorf Bossendorf dem Straßburger Franciskanerinnenkloster unter gewissen Verpflichtungen für daselbe geschenkt habe. 1266 Mai.*

Quia sepe varietas ex mortalium instabilitate resultat, non incaute gesta ipsorum, ne forsan surrepat oblivio, scripture testimonio confirmantur. noverint igitur

a) *F* possidendam. b) *F* ipsorum. c) *F* fuerint. d) *F* enumerare. e) *F* minime.

universi, quos nosse fuerit opportunum, quod in presentia mei Billungi iudicis curie Argentinensis ac aliorum fide dignorum quam plurimum domina Hedewigis de Hohfelden relicta Hugonis quondam dicti Snabel de consensu pleno et voluntate Gertrudis filie sue ac domini Anselmi de Mütdensheim mariti ipsius *Gertrudis*, sicut  
 5 eorum littera protestatur, omnia bona et possessiones suas, quas in villa et banno Bossendorf habere dinoscitur, libere et pure contulit, donavit et tradidit pro salute anime sue monasterio sancti Francisci ordinis sancte Clare in Argentina volens et ordinans, quod proprietates ipsorum bonorum cedat monasterio ac abbatissa sancti Francisci seu procuratores nomine dicti monasterii pensionem viginti quartalium  
 10 siliginis relicte prefate de bonis ipsis, in quibus sibi tantum quoad hoc usumfructum ipsa retinuit, apud Argentinam vel Hagenowiam, ubi magis voluerit, singulis annis inter assumptionem beate virginis et ejusdem nativitatem persolvant et sine dampno ejus etiam representent. et, si grandine, exercitu aut alio casu fortuito predicta bona vastabuntur aut depereant in tantum, quod colonis jure parcendum fuerit, promisit  
 15 relicta prefata cum hoc misericorditer se acturam. adjecit etiam dicta relicta, quod post obitum ejus decem marce argenti, ubicunque in pios usus et pro deo et salute anime sue dare disposuerit, ab ipsius monasterii abbatissa vel procuratoribus exsolvantur. nos abbatissa et conventus monasterii sancti Francisci et ego Hedewigis antedicti confitemur atque publice protestamur, universa et singula, que prescripta  
 20 sunt, sic facta esse et ordinata, prout sunt pretacta, ad que etiam fideliter observanda nos presentibus obligamus. in quorum firmitatis evidentiam est presens littera de nostra voluntate et jussu conscripta et sigillis curie scilicet Argentinensis et nostri abbatisse videlicet et conventus sepe dicti consignata, quibus in hac parte use sumus et contente. acta sunt hec anno domini 1266, mense maji, presentibus  
 25 Gotfrido Krehzere, Walthero dicto Ruses, Johanne Krucha, Gotfrido Folsche, Chunrado de Rodesheim, Heinricho Gleselin ac Walthero dicto Schade civibus Argentinensibus et aliis fide dignis quam pluribus.

Aug. 15  
Sept. 8

*H aus Straßb. Hosp. A. docum. inut. l. ad. 3 fasc. 45 or. mb. c. 2 sig. pend. Abgefallen ist das Siegel der Straßburger Curie.*

30 **612.** *Bischof Heinrich und Custos Konrad von Straßburg bestätigen die Verfügungen, welche Otto Pfarrer von St. Martin zu Straßburg über die von ihm auf dem St. Martinskirchhofe erbaute Capelle getroffen hat. 1266 Juni 9.*

H[einricus] dei gratia episcopus et C[onradus] custos Argentinensis omnibus presentis pagine inspectoribus noticiam subscriptorum. licet olim, accedente consensu et voluntate bone memorie W[altheri] dei gratia episcopi et capituli Argentinensis et nostro, Otto plebanus ecclesie sancti Martini Argentinensis in cimiterio  
 35 ejusdem ecclesie capellam construxerit et dotaverit bonis propriis, scilicet triginta quartalium redditibus in banno Truhtersheim sitis, et conferre debeat ipse et sui successores ydoneo sacerdoti, qui cottidie missam celebret in eadem et intersit  
 40 matutinis et vespere in ecclesia memorata, prout in litteris antea super hoc connectis plenius continetur, quia tamen dictus plebanus volens parcere Burchardo pre-

bendario sancti Thome Argentinensi suo clerico, cui dictam capellam contulit et providit de eadem, motus ejus meritis et probitate, ne intersit matutinis et vespers in ecclesia sancti Martini predicta, cum ipsum in ecclesia sancti Thome dictis horis oporteat interesse, ipsius capelle proventus in redditibus triginta solidorum Argentinensium et quatuor caponum proventus de duabus areis juxta sanctum Martinum 5  
sitis inter fabros augmentavit tali mediante condicione, quod, ipso *Burchardo* cedente vel decedente, idem *Otto* vel alter, qui pro tempore dicte ecclesie sancti Martini plebanus extiterit, ipsam capellam nulli alii conferat nisi ydoneo sacerdoti, qui cottidie in ea missam celebret et intersit matutinis et vespers in ecclesia sancti Martini antedicta, alioquin si dictus plebanus vel alter, qui pro tempore rector 10 ecclesie fuerit antedicte, per octo dies in collacione ipsius capelle, quemadmodum est prehabitu, negligens extiterit vel aliqua fecerit contra premissa quoquo modo, extunc collacio ipsius capelle ad thesaurarium ecclesie majoris Argentinensis devolvatur, qui ipsam conferat ydoneo sacerdoti, qui ibidem celebret cottidie missam et in ipsa ecclesia sancti Martini intersit horis antedictis, et nichilominus propter negli- 15 gentiam ipsius plebani predicti triginta solidorum et quatuor caponum redditus jure proprio transeant ad heredes *Otonis* plebani prenotati, — rector eciam capelle predicte de redditibus predictis singulis noctibus ministrabit lumen capelle prenotate, — nos vero obtentu ipsius *Otonis* plebani collacionem ipsi *Burchardo* factam per eum et ordinacionem prescriptam per omnia ratam habemus et acceptam ipsamque presen- 20 tibus approbamus. et in evidenciam premissorum, ut perpetuum robur obtineant firmitatis, sigilla nostra et sigillum dicti *Otonis* plebani presentibus sunt appensa. actum et datum anno domini 1266, 5 idus junii.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 3681 or. mb. c. sig. pend. laeso. Von der Legende zu erkennen S. Otonis schola[stici] Honong[ensis]. Abgefallen sind die Siegel des Bischofs und des 25 Custos.*

613. *Adelheid die Wittve Rudolfs des Schullheißen in Meistratzheim schenkt dem Straßburger Frauenkloster St. Nicolaus zu den Hunden Aecker im Bann von Ergersheim. 1266 Juni 14.*

Noverint universi tam presentes quam posteri, quod ego Adelheidis relicta 30 Rüdolfi quondam sculteti in Meistersheim volens mee in hoc consulere et proprie providere saluti universa bona mea infra notata, videlicet agros frugiferos proprios et hereditarios, quos habeo in banno Ergersheim, insuper terciam partem de quinto dimidio agro, quos quidem agros decem scilicet habeo communes cum heredibus mariti mei predicti, monasterio sancti Nicolai extra muros Argentinenses dicto ad 35 Canes pure et simpliciter propter deum in remedium anime mee confero liberaliter et assigno, jus et dominium, quod habeo in predictis bonis, in prefati monasterii . . . priorissam et conventum et earum successores totaliter transferendo. ut autem hujusmodi donatio robur perpetue firmitatis obtineat, renuncio omni juris auxilio canonici et civilis et generaliter omnibus defensionibus seu exceptionibus, per quas 40 hujusmodi donationem contingere posset ad presens et in posterum per me vel

quemcunque alium meo nomine revocari, sigilla curie Argentinensis et civitatis Argentinensis presenti scripto procurans appendi in testimonium premissorum. nos Billungus iudex, Rūlinus Ripelinus magister et consules Argentinenses antedicti de consensu communi et ad petitionem predictarum parcium confitemur predicta sigilla  
 5 nos presentibus appendisse. [folgt die Specification der Güter]. actum et datum anno domini 1266, feria 2 post Barnabe, presentibus domino Reinboldo juniore, domino Spenderone magistris, Walthero fratre domini Gozelini, Hartungo in aqua, Rūdegero de Hūnsvelt, Heinricho de Ache, Walthero Riusez, Ebelino de Hornberc, Heinricho Marsilio et aliis pluribus <sup>a</sup>.

10 *S aus Straßb. St. A. lad. s. Nicolai in undis K. or. mb. c. 2 sig. pend. delapsis.*

614. *Bischof Heinrich von Speier verheißt Allen, welche den Bau des Straßburger Augustinerklosters unterstützen werden, Ablass. 1266 Juli 1 Straßburg.*

H[einricus] dei gratia Spirensis episcopus<sup>1</sup> imperialis aule cancellarius universis presens scriptum visuris salutem in domino. oportet extremum diem iudicii misericordie operibus prevenire, quoniam, qui non seminaverit in estate, non gaudebit  
 15 in messe. cum igitur dilecti filii nostri fratres heremitarum ordinis sancti Augustini domum de novo receperint apud Argentinam, ad cuius consummationem proprie ipsis non sufficiunt facultates, hinc est quod eorum paupertati compatiens omnibus, qui eis manum porrexerint adjutricem, de dei omnipotentis misericordia confisi qua-  
 20 draginta dies de injuncta sibi penitentia et annum venialium misericorditer relaxamus. datum Argentine anno domini 1266, in octava sancti Johannis baptiste<sup>2</sup>.

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend.*

615. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet den zwischen Walther von Geroldseck mit seinen Verwandten und der Stadt Straßburg und ihren Bundesge-  
 25 nossen geschlossenen Frieden. 1266 Juli 23 Kappel am Rhein.*

In namen dez vatters unde dez sunes unde dez heiligen geistes. wir Heinrich von gottes gnaden der bischof von Strazburg tūnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehōrent, daz wir ein stete sūne hant gemahit zwischen unserme neven hern Walthere deme herren von Geroltsecke unde sime sune hern Heinriche  
 30 unde sins suns kinden hern Hermannes unde des kinden von Tiersbere sins vetteren<sup>b</sup> und allen irn helferen und irn friunden einsite und unseren burgeren von

<sup>a</sup>) Der Schluß von presentibus an ist von einer andern, aber gleichzeitigen Hand geschrieben.  
<sup>b</sup>) S wiederholt kinden.

<sup>1</sup> Cfr. nr. 564 not. 1.

35 <sup>2</sup> Eine nahezu gleichlautende Indulgenz für die Straßburger Augustiner erläßt Erzbischof Werner von Mainz 1267 Juli 10. Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend.

Strazburg gemeinliche und unserme neven den bischove von Basile, graven Rüdolfe von Habsburg, graven Gotfride von Habsburg, graven Cûnrate von Friburg und hern Ottun von Ohsenstein, hern Burcarte von Hohenstein, hern Walthere von Gyrbaden und allen irn helferen, die bi in in diseme urliuge wârnt, andersite umbe das urliuge unde die gevêhte, die da was zwischent deme von Geroltsecke unde 5  
sinen kinden unde sins sunes kinden unde sins vetteren kinden unde den meister unde deme rate unde den burgeren von Strazburg algemeine. diu sûne het gesworn stete zu habenne her Walther von Geroltsecke unde her Heinrich sin sun unde Heinrich hern Hermannes sun vur sich unde vur hern Hermannes kint unde vur 10  
sins vetteren kint dez von Tiersberc unde vur den marcgraven von Hahcberc unde vur den von Wolfhahe unde vur Heissun von Ôsenberc, Heinrichen von Racenhusen unde Hugen unde Rüdolfen sine sune unde vur alle ir friunt und alle ir helfere. so het andersite gesworn Rûlin Ripelin der meister, Rüdolf von Vegersheim, Reinbolt der Liebencellere, Burcart und ðch Burcart die Spendere, Gozelin von sant Thomane, Niclawus der Zorn, Rûlenderlin, Walther von Lampertheim und ir ersamen 15  
burgere wol viercig vur sich unde vur die stat gemeine und alle ir helfere dise selbe sûne stete zu habenne. und ist bedentalb gesworn ane allen argenlist. sie gent ðch bedentalb widere alle die gevangen, die der von Geroltsecke unde die burgere von Strazburg inne hetten. sie hant sich ðch vercigen bedentalb alles dez schaden, der in diseme urliuge geschehen ist, swie er bischehen ist. ich Walther 20  
von Geroltsecke unde Heinrich sin sun und ich Heinrich sins sunes sun hern Hermannes vurjehen allez dez, das davor an disen brieve geschriben stat, vur uns und unsers sunes kinder und unsers vetters kind von Tiersberc stete zu habenne bi geswornem eide. dezselden vurjehen ðch wir Rûlin Ripelin der meister unde die andern, die davor geschriben stant, stete zu habenne bi geswornem eide. daz dis 25  
stete blibe, derumbe geben wir bischof Heinrich von Strazburg unde wir Bertholt der abbet von Morbach und ich Otto der grave von Eberstein und ich Bertholt der tûmprobist von Strazburg und ich Eberhart von Sulze der chorbischof und ich Walther von Geroltsecke und ich Heinrich sin sun und ich Heinrich von Liechtenberc der vût zu Strazburg unser ingesigele an disen brief zeime urkunde. dise 30  
sûne geschach zu Cappelle an deme Rine an deme frietage vor sante Jacobistage zu gegenwartiu der vorgeantent herren und andern gnügen von gottes geburte tusent jar zweihundert und sehcz unde sehczig jar.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>o</sup> or. mb. c. 2 sig. pend. Gut erhalten ist das rothe, kreisrunde Reitersiegel Heinrichs von Lichtenberg, zerbrochen das grüne, ovale Siegel Eberhards von Sulz. Die übrigen Siegel sind abgefallen.* 35

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 217<sup>o</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 174 nr. 15 = Lünig XVII, 875 nr. 24 = Trouillat Mon. de Bâle II, 163 nr. 121; Schöpflin Als. dipl. I, 454 nr. 637.*